

de fabula uanitate eius indicato in cypro: sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculpta Amy-  
 mōe iussisse enumerari. & cū duo relati essent: iminuto precio: male me Hercules curatū dixisse. mul-  
 tū enim detractū erat gemmæ dignitati. hic uidetur istituisse ut omnes musicæ artis hac quoq; ostē-  
 tatione censerentur: ueluti Dionysiodorus æqualis eius & æmulus: ut sibi quoq; par uideretur. Tertius  
 q; eodē tempore fuit inter musicos nicomachus multas gēma habuisse tradit: sed nulla peritia ele-  
 ctas: sed sortē quadā. his exemplis in initio uoluminis oblati aduersus istos qui sibi hanc ostentatio-  
 nem arrogant: ut palam sit eos tibicinū gloria numeræ. hoc in polycratis gemma quæ demonstratur:  
 illibata intactaq; ab ab ismenia ætate post multos annos apparet scalpi etiā smaragdos solitos. Cō-  
 firmat hanc eandem opinionem edictū Alexandri magni: quo uetuit in gemma se ab alio: scalpi fla-  
 pyrgotele non dubie clarissimo artis eius: post eū Apollonides & cronius i gloria fuerē. Quicq; diui  
 Augusti imaginē similem expressit: qua postea principes signabat Dioscorides. Sylla dictator tradi-  
 tione lugurtæ semper signauit. Est apud auctores & intercatiensē illū cuius patrē Scipio æmilianus  
 ex prouocatione intersecerat: pugnae eius effigie signasse uulgato Stilionis præconini sale. Quidnā  
 fuisse auctore: eum si Scipio a patre eius interemptus esset: Diuus augustus inter initia sphingis signa-  
 uit. Duas at in matris annalis iam indescrete similitudinis inuenerat: altera per bella ciuilia absente  
 eo amici signauere epistolas & edicta. Quæ ratio tēporis nomine eius reddi postulabat: non in faceto  
 lepore accipientiū enigmata asserre eam sphingem. Quin etiā Mœcenatis rana per collationē pecu-  
 niæ in magno terrore erat. augustus postea ad deuitanda conuitia sphingis alexandri magni ima-  
 gine signauit. Gemmas plures: quod peregrino appellant nomine dactylothecham: primus omnium  
 habuit romæ priuignus Sylie Scaurus. Diuq; nulla alia fuit: donec pompeius magnus ea q; Mythri-  
 datis regis fuerat inter dona in capitolio diearet. ut. M. Varro aliq; eiusdē ætatis auctores cōfirmat.  
 multū plātā. Scauri. hoc exemplo Cæsar dictator sex sex dactylothechas in æde. ueneris genitricis cō-  
 firmant: multū præcellus octauia genitus in palatina apollinis æde unā. Victoria tamen illa pōpei  
 primū ad margaritas gēmasq; mores inclinauit. sicut. L. Scipionis & C. Manlii ad cælatum argentū  
 & uestes attalicas & triclinia ærata. Sicut. L. Mūmii corinthia & tabulas pictas.

De gēmis translatis in triumpho pōpei: & natura crystalli & medicinis. & luxuria cir-  
 ca eam. & quando primū inuenta myrthina: & luxuria circa ea & natura myrthinarū  
 quæ mentiti sunt auctores de succino. Cap. ii.

**I** Duti planius no scatur. uerba ex ipsis pompeii triumpho: actis subiiciā. Ergo tertio triu-  
 pho quē de piratis: asia: ponto. gentibusq; & regibus in septimo operis huius uolumine in-  
 dicatis. M. pisōe. M. Messala cons. pridie kalēdas octobris: die natalis sui egit: trāstulit alue-  
 um cū tessens lusoriū e gēmis duabus latū pedes tres. longū pedes quattuor. & ne quis de ea re du-  
 bitet nulla gēmae magnitudine hodie prope adhanc amplitudinē accedēte. in quo fuit luna aurea  
 pōdo. xxx. miliū. lectos tricliniāres tres. Vasa ex auro & gemmis abacorum nouem signa aurea tria.  
 mineræ martis: & apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres: montē aureum quadratum cum cervis  
 & leonibus & pomis omnis generis: cūcundata uite aurea. musæū ex margaritis i cuius fastigio ho-  
 rologiū erat. imago. Cn. pompeii e margaritis. illa regio honore grata. illius probi oris uenerandiq;  
 p̄cunctas gentes. illa inquam ex margaritis seueritate uicta & uenore luxuria q; triumpho. Quod p̄-  
 fecto inter illos uiros durasset cognomē magni: si prima uictoria sic triumphasset de magaritis ma-  
 gnetā prodiga re & scēminis reperta quam habere gerereq; fas non sit. hinc sic fieri tuus uult. sic te  
 preciosum uideri. nōe illa similitior tui ex imago. quam pyrenei iugis imposuisti. Graue p̄fecto scēdū  
 q; probū erat: ni uerius sit eum deo: ostentum credi oportere. Clareq; itelligi posset iam tum illud  
 caput orientis opibus sine reliquo corpore ostentatū. Cætera triumpho eiusdē q; uerissime subiiciam  
 Reip. datū mille talentū. legatis & quæstoribus. qui oras maris defendissent sestertia bina milia. Cō-  
 militibus singulis quinquaginta. Tolerabiliorē tamen fecit causam caii principis qui super oia mu-  
 liebria oculos induebat e margaritis. Et neronis principis qui septa personis histrionū & cubicula  
 uiatoria unioribus cōsternebat. Quinimmo etiam ius uidemur perdidisse corripēdi gēmata potō-  
 ria & uarie suppellectilis genera annulos transeuntes. Quæ enim non luxuria innocētiore existi-  
 ri possit. eadē uictoria primū in urbē murrina inuexit. primasq; pompeius sex pocula ex eo triūpho  
 capitolino Ioui dicauit. Quæ protinus ad hominū usum transiere. abacis etiā escariisq; uasis inde ex-  
 petitis. excrescitq; in dies eius rei luxus. murrino. lxxx. sestertiis empto capaci plane ad sestarios tres  
 calice. potauit ex eo ante hos annos consularis ob amorē abraſo eius margine ut tamē iniuria illa p̄-  
 ciū augeter. neq; est hodie murrini alterius p̄stator indicatura. idem in reliquis generis eius quātū  
 uorauerit licet æstimare ex multitudine. quæ tanta fuit. ut auferente liberis eius nerōe Demitio thea-  
 trū peculiare trans tyberī ore is exposita occuparet. quod a populo impleri canēte se. & dū pōpeiāis  
 poppeanas prædult. etiā. Neroni satis erat: qui uidit tunc annumerari unius scyphi fracta mēbra: q; in dolore